



40

1626, 2

2

DISSERTATIO LEGALIS
PUBLICA!
DE
TESTAMENTIS,

Quam
PRÆSTITE ET ANTISTITE
TRIUNO
Permissu Amplissimæ Facultatis Juridicæ in
celeberrima ad Salam Academia,

ADSTITE
*Magnifico, Nobilissimo, Amplissimo & Con-
sultissimo VIRO*

Dn. DOMINICO ARUMÆO

Hereditario in Lobedaw & Geschwitz / Jcto cele-
berrimo, Hujus Salamæ Codicis Professore Ordinario, Facul-
tatis Juridicæ Seniore meritissimo, Curia Provincialis,
ac Scabinatus Adessore dignissimo, Praeceptore, &
Promotore suo devorâ mentis observan-
tâ æternum colendo.

*In Auditorio Jctorum
examinandam masculè
proponit amicè*

ADAMUS THIMEUS GOLRA-SIL.

A. C. ∞ 15 C XXVI.
Ad diem Januarii.

J E N Æ
TYPIS BARBARÆ Weidnerin.

16.



DISSERTATIO LEGALIS
PUBLICA
DE
TESTAMENTIS

Quam
PRAESTITIT ET ANTIQVITATE
TRINIO
PRAESTITIT APOSTOLICIS FACULTATIBUS IN
CENSURIS AD GRAVIA ACADEMIA


DR. DOMINICO ARIMANO
Hereditate in Facultate & Antiquitate
PRAESTITIT APOSTOLICIS FACULTATIBUS IN
CENSURIS AD GRAVIA ACADEMIA

AD AULAS THIBURIS COLLEGIUM

1718
TYPIS BARNABAE WILHELMII



THESIS I.



Ereditas aut defertur immediate ipsa lege, (a) aut mediate, ultima scilicet Hominis voluntate. (b)

(a) Unde etiam per Excellentiam vocatur legitima & iusta. l. ea verò 3. § 2. D. pro socio.

(b) Etsi enim omnis successio principaliter ex lege: consequenter tamen etiam ex hominis voluntate; utpote cui lege facultas illa tribuitur: Hinc testamentaria lege obvenire dicitur. l. 130 D. de V. S. vocatur testamentaria, per synecdochen quia præcipua, & potissima ultimæ voluntatis species est testamentum, cuius originem, ut & testandi libertatem cum Dauth. de Test. n. 82. Jurigent. formam verò civili, communi Dd. suffragio tribuimus. Conan. 9. com. 1. n. 3. & 1. com. 5. n. 6. Cujac. in l. 1. & 3. h. t. Coras. ad l. 2. C. de impub. subst. n. 6. Covar. 3. var. res. 6. n. 7. Donell. ad Rubr. C. de Test. Hillig. 6. c. 4. lit. A. Magnificus & Ampliss. Dominus Arumeus Præceptor meus honorandus. Exercit. 7. th. 3.

91.

Testamentum à testatione mentis dicitur: (a) & est (b) voluntatis (c) nostræ (d) sententia (e) iusta, (f) de eo, (g) quod quis. (h) post mortem suam fieri velit. (i)

(a) In pr. Inst. de Test. non ut Agell. 6. c. 12. insulseridet. per allusionem nominis ex genio Stoicorum, sed quandam notationem logicam. Petr. Greg. in synt. jur. part. 3. lib. 42. c. 2. n. 3. (b) l. 1. D. qui Test. fac. poss. (c) quæ licet plenius interpretanda; l. 12. ff. de R. 7. necesse tamen est, ut prius certò de ea constet: quia sine ea nullus omninò testamenti actus; & cum fa-

A 2

si sit,

Et sit, non praesumetur argum. l. quotiens 19. §. 8. & seq. D. de hered. Inst. (d) ad differentiam eorum Actuum, qui possunt conferri in alienum arbitrium, de quibus in l. fin. C. de cont. Empt. Testamentum enim ex alieno arbitrio minimè pendet l. 1. D. qui test. fac. poss. l. nonnunquam de cond. & demonstr. l. illa institut. 10. 37. D. de hered. Inst. Cujac. 2. obs. 2. Hic non inconvenienter quaeritur: An factum in aliquo morbo iudicium impediens, testamentum valeat? Neg. ex l. in eo 2. D. qui test. fac. poss. l. finium. 3. C. eod. quod etiam procedit de Jure Saxonico, modo ea concurrant, quorum. Const. Saxon. part. 3. c. 5. mentionem facit, propter dubium in art. 65. Weichbild. & art. 52. Sondrecht lib. 1. quae tamen verba contractus potius sunt, quam ut ad jus testandi pertineant, Constit. Elect. Saxon. part. 2. c. 12. Reinhard part. 1. diff. 2. Dauth. de Test. n. 26. 2. Schneidw. §. fin. nu. 11. Inst. quib. non est perm. fac. Test. (e) Rectum ab Arist. 6. Eth. Nic. c. 11. vocatur iudicium; à Quintiliano lib. 8. c. 5. deliberatum quo ultimum, quod non redit, exponitur arbitrium l. 1. C. de SS. Eccl. necesse est, ut ita exprimat, quò à Testibus exaudiri possit, l. heres 21. §. per nuncupationem. & ibi Godofr. C. de Test. Cujac. consult. 35. & hoc genus est hujus definitionis; quod licet aliquibus videatur aut latius, aut angustius, genuine tamen sumptum, genuinum est. Dn. Arum. Exerc. 7. th. 3. (f) Iustum tribus modis dicitur I. quod jure valet, ut iusta conventio l. tale 40 §. 1. D. de pact. II. Quod sit solenni ritu, ut iusta uxor. l. si uxor. 13. §. 1. D. ad l. Jul. de Adult. III. Quod plenum & perfectum, ut iusta aetas. l. cum filiusfam. 50. §. fin. D. de leg. 3. prior acceptio & codicillis competit, posteriori sensu excluduntur, ut & omnes aliae ultimae voluntates, tanquam per differentiam specificam. Dauth. d. loc. n. 12. (g) tota scilicet hereditate: ex re certa institutus, vel primo, vel secundo gradu, censetur in universum. l. 1. §. 4. de hered. Inst. l. coheredi 41. §. fin. de vulg. & pupill. nisi expressa contraria testatoris voluntate, quò in totum vitiatur. Dauth. d. loc. n. 39. (h) Ut distinguatur à contractu, qui duorum vel plurium consensu perficitur. Hillig. 6. c. 4. lit. C. nec contractus, ut voluntas ultima, ambulatorius. Est enim ab initio voluntatis, deinde fit necessitatis. l. sicut 5. C. de obl. & Act.

(i) Vi-

(i) *Viventis n. nulla est hereditas. l. hereditas 62. de R. 9.* Hinc rectè Ulpian. in *l. quod si. 4. D. de adimend. vel transfer. leg.* ambulatoriam vocat usque ad supremum vitæ exitum; in tantum, ut nec sibi legem dicere possit, ne à priori sententia recedat, licet juraverit *Dauth. d. loc. n. 89. Fach. 4. contr. c. 8* quia tale juramentum contra leges. *l. nemo 55. D. de leg. 1. Auth. quod ei C. de Nupt* contra ipsam testamenti substantiam. *Jas. in l. stipulatio 61. de V. O. n. 5. Zasius hic n. n. & eleganter Geil. 2. obs. 37. n. 12. & seq.* imò apertam importat contradictionem, testamentum irrevocabile, *Dumtederrüfflich. Modest. Pist. cons 20. n. 21. usq. ad fin. lib. 2. Grass. §. testamentum. quest. 88. Dauth. d. loc. n. 88.* alias hoc ultimum velle legis instar observatur *Novell. 22. c. 2.* nec immerito: Præter enim quod antiquissimæ legis fit, *d. nov.* unicum etiã solatium fati est, voluntas ultra fatum. *Lips. in præf. lib. 6. de cruce.*

FII

Dispersitur vulgò in Paganum, & Militare.

Arg. Rubr. Inst. D. & C. de Test. & Test. Mil. Hugo Donell. 6. Com. c. 4. & ibi Hilliger. Sed si rem paulò altius, ex abstrusis juris veteris penetralibus repetere voluerimus; divisio fiet secundum *Vultej. princ. Inst. h. t.* in simplex, & mixtum. §. 3. *Inst. de test.* simplex aut civile, quavis juris parte, si tamen non edicto Prætoris; aut Prætorum §. 2. *Inst. eod.* civile iterum vel Imperatorium, horum constitutionibus introductum, quod *Militare. l. 1. D. de test. Mil. vel legitimum*, quod lege aliqua à populo Rom. constitutum vel approbatum, & hoc aut vetus, quod tempore & pacis, in Calatis Comitibus, usurpabatur, *d. §. Agell. 15. c. 27. & 8. c. 19.* & belli, cum in prælium exituri essent, quod procinctum appellabatur, *d. §. Ulpian. in fragm. tit. 20 §. 1. Cicer. de Nat. Deor. lib. 1.* aut novum, per æs & libram, seu emancipationem, quæ imaginariâ fiebat venditione, *d. §. quomodo peragebatur. Vid. Ulp. d. t.* Porro his omnibus abolitis, præter Imperatorium, quod, ut dictum est, militare; ex Jure Civili, Prætorio & Constitutionibus Imperat. introductum est te-

A 3

flamen.

stamentum, quod recepto communi Dd. calculo Paganum ap-
pellamus: Vult. d. l. n. 39. mixtum; ideò quia ex Jure Civili habet,
ut adhibeantur testes, & testamentum uno contextu, in illo-
rum præsentia fiat: ex pratorio, numerum Testium, eorum-
que obsignationem: ex constitutionibus testatoris, testiumq;
subscriptionem §. 3. Inst. d. t. quod commune, secundum com-
mune præscriptum, aut peculiare, vel minus solennitatum,
vel amplius quid (ut postea patebit) observans.

IV.

*De utriusq; primo videamus factione
seu confirmatione, tum etiam infirmatio-
ne.*

l. si queramus 4. qui test. fac. poss. Vult. Jurispr. R. lib. i. c. 73.
Natura enim ita comparatum esse constat, ut semper priva-
tio præsupponat habitum.

V.

*Factio (a) testamenti, aut est Activa,
(b) aut Passiva. (c)*

(a) Nobis est cum Vult. d. loc. jus testamenti communio-
nem tribuens. l. filiusfam. 16. D. qui test. fac. poss. spectans po-
tissimum personas, & formam testamenti: & quoniam per-
sonæ aut principales, ut testator subiectum agens; & heres
subiectum patiens; aut minus principales, ut testes, nata hinc
divisio in activam & passivam.

(b) Quæ testatorem spectat, ut is qui testatur, testandi jus,
seu potestatem habeat, argumento Rubr. D. & C. qui test. fac.
poss. d. l. si queramus D. eod. l. 1. §. 8. D. de bon. poss. secund.
tab.

(c) Quæ ad heredem, aliasque personas minus principales
pertinet, ut heredes in testamento possint institui, aut ex eo
aliquid capere d. l. filiusfam. 16. l. non minus. 3. l. si alienum. 49.
§. 1. D. de hered. Inst. §. 3. Instit. eod. l. fin. D. pro hered. l. ne-
mo. 7. pro legato. l. testamento, 31. de test. tutel. l. debitor 82.
§. fin.

§. *fin.* D. de leg. 2. Hinc recte dicitur testamenti factionem esse ex genere permissorum. per l. *testandi causa*. 13. C. de test. ut cui non, aut generaliter aut specialiter concessa sit, huic prohibita censeatur: Unde in l. *si filiusfam.* 19. D. qui test. fac. poss. dicitur filiumfam. non habere testandi facultatem; quia ei lege non data est, non quia prohibita, Hillig. 6. c. 5. lit. B. contrarium tamen verius videtur Dauth. de Test. n. 130.

VI.

Omnibus quidem tam masculis, quam foeminis (a) testamentum condere (b) permissum est (c) prohibentur tamen quidam, vel ob. I. Sui conditionem. (d) II. Defectum bonorum (e) aetatis, (f) mentis, (g) corporis. (h) III. Turpitudinem vitae: (i) qua omnia spectanda tempore testamenti conditi. (k)

(a) l. *à qua aetate* §. D. qui test. fac. poss. (b) à quo actu Testator dicitur, & est is, qui liberam suarum rerum administrationem habet. (c) arg. Inst. D. & C. h. r., (d) Quod cives Rom. non sint, l. 1. D. ad L. Falcid. & vel potestati alienae subjecti, vel statum non habentes: alienae potestati subjecti pr. Inst. h. t. aut Dominicae, ut servi, aut Patriae, ut Filiifam. pr. Inst. qui sui vel alieni. l. *qui in potestate* 6. l. *filiusfam.* 16. D. qui test. fac. poss. l. *senium*. 3. C. eod. in tantum, ut licet illis permittantur ii, quorum in potestate sunt, nullam tamen consequantur testandi facultatem. pr. Inst. quibus non est permiss. fac. testam. id. l. *qui in potestate* 6. l. *tam is* 25. §. 1. D. de mort. causa donat. quia testamenti factio publici juris est. l. *testamenti* 3. D. qui test. fac. non privati, quod privatorum factionis admittit, hinc donare mortis causa possunt. d. l. *tam is* 25. §. 1. secus in testamentis, ubi nihil permissum est mutare. d. l. *testandi* 13. C. de Test. quod in servis indistincte verum; quibus æquiparantur Monachi, qui post monasterii ingressum, omnem amittunt testandi facultatem.

catem. *Auth. Ingressi C. de SS. Eccles. in filiofam. etiam quoad
peculium tam profectitium quam adventitium d. pr. Inst. quib.
non est permiss. verb. prater hos. licet usufructus Patri non
acquiratur. Duar. h. t. c. 2. fol. 317. col. 1. Conan. 9. com. 2. Cujac. in
l. 6. h. t. & in Parat. C. de bon. q. lib. Covar. in rubr. extr. de test.
p. 3. n. 28. Fachin. 5. contr. 94. Dauth. de test. n. 154. Bocer. libr. 1.
de jur. bell. c. 21. p. 83. & seq. Donell. lib. 6. c. 5. & ibi Hillig. lit. 1.
Vult. pr. Inst. h. t. Dn. Arumae. d. Exerc. 7. th. 7. Non etiam
quo ad Castrense vel quasi Castrense, in quibus habetur pro
patrefam. §. fin. Inst. de Milit. Test. l. usq. 2. D. ad SC. Macedon.
l. miles 4. §. 1. D. de Castr. pecul. l. fin. C. de inoffic. l. penult. & ult.
C. qui test. fac. poss. l. ult. §. 5. C. de bon. q. lib. Statum non ha-
bent peregrini. l. ejus 8. §. si cui D. qui test. fac. poss. capite minu-
ti §. 4. Inst. quib. mod. test. d. l. ejus 8. excipe relegatos in Insulam
& quibus terra Italica interdicta, suaque provincia. d. l. ejus 8.
§. 3. captivi non à latronibus l. quia latronibus 13. D. eod. sed
hostibus, apud hostes si faciant. d. l. ejus 8. aliud si ab infideli-
bus. Alvar. Valas tom. 1. cons. 30. n. 9. aut in bello civili inter
Christianos. Hillig. d. loc. lit. D. Imò generatim. Novell. Leon.
40. omnibus captivis testandi facultatem concedit. His an-
numeramus obsides, nisi eis permittatur l. obsides 11. D. eod.
de statu suo dubitantes. l. de statu 15. ff. eod. l. sed quis 6. §. 8. de
injust. rupt. irrit. (e) arg. l. 120. de V. S. l. testandi causa 13. C.
de Test. qui scilicet bona omninò non habent; alias, si habeant,
licet ære alieno ita aggravata, ut solvendo non sint, tamen de
his testari non possunt: Hinc dicitur ejus, qui solvendo non
est. l. si heres 3. D. ad L. Falc. l. 119. de V. S. quæ tamen bono-
rum nomen propriè non meretur. l. propriè bona. 82. D. eod.
(f) Masculi ante annum 14. Fœminæ 12. l. à quâ etate. §. D. qui
test. fac. poss. l. si frater 4. C. eo. sed cur Fœminæ Masculis citius?
an quia & citius perfectionem sexui suo congruentem conse-
quuntur? Sic Duaren. h. tit. c. 2. Minor itaque testari potest. d. l.
si frater. 4. etiam absque Curatore. l. cum Pater. 77. §. 14. de leg. 1.
l. Aurelio 20. §. 1. de lib. leg. nec periculum est, ne decipiatur,
cum ipsi revocare integrum sit, quando libet; unde nec opus
restitutione arg. l. 120. de V. S. si tamen dolo inductus legitimos
prate-*

prætereâ, contra inducentes illis actio doli competit *l. Lucius*
88. §. 4. de leg 2. *Duar. d. c. 2.* (g) Hujus vitia duo, furor con-
tinuus & prodigalis. §. 1 & seq. *Inst. quib. non est. permiss. l. in*
adversa. 17. l. is cui leg 18. D. qui test. fac. poss. l. furiosum 9. C. eod.
continuus idem, quia si tempore intermissi furoris fecerit,
cõpleveritq; omninõ valet. *d. l. furiosum 9.* Quid si nõ omnino
furiosus, sed hebetioris & fatui ingenii? idem valere putamus.
arg. l. à qua etate 5. D. eod. Dauth. d. loco. n. 220. ubi consentientes
refert. Alciat. in l. 1. in pr. n. 55. de V. O. Duar. h. t. vers. dixerimus
testamenti factionem. Fasq. de success. progress. lib. 2. §. 17. nu. 110.
Gomez. tom. 1. c. 6. n. 2. Prodigio annumeramus & mulierem, lu-
xuriosè viventem. l. & Mulier. 15. D. de Curat. furios. non me-
retricem per express. l. sed & qui 5. ad SC. Trebell. sic Accam lau-
rentiam lupam (à quâ lupinaria dicta & Floram meretrices
Populum Rom. heredem instituisse testatur Lactant. lib. 1. Inst.
Macrobi. lib. 1. Saturn. c. 10 Gell. 6. c. 7.

(h) Ut Surdus, Mutus *l. qui in potestate 6. §. 1. D. qui test. fac.*
l. discretis 10. C. eod. §. 3. Inst. quib. non est permiss. natus scilicet
non factus *d. l. qui in potestate 6. §. 1. nisi a Principe impetrave-*
rit. l. si mutus 7. D. eod. aut scribere sciat d. l. discretis 10. Cœcus
§. 4. Inst. d. t. cui tamen subvenitur l. hac consultiissima 8. C. eod.

(i) Quæ legibus notata, ut qui incestis se pollicere nuptiis,
l. si quis incestis junct. Auth. C. de incest. nupt. damnati ob car-
mèn famosum. d. l. 15. cui 6. §. 1. J. ob carmen 21. de testib. l. lex
Cornelia 5. §. fin. cum l. seq. D. de injur. l. unic. C. Famos. lib. &
Const. Novell. Imperii des Reichs peinlich Halsgerichtsordnung
t. 10. & Const. Sax. part. 1. c. 44. ubi tamen inter alia requiritur,
ut sit Autor vel quasi, diffamatio dolosa, & de crimine puni-
bili. *d. novell. Imp. Plac. in Epith. delict. lib. 1. c. 3. n. 2. Wesenbec.*
conf. 22. n. 5. ceterum si aliter quis diffamatus fuerit, libellus
proprie famosus non est. *Menoch. arbitr. q. 2. Centur. 3. cas. 263.*
n. 43. Wesen. d. loc. de Jure Canonico usurarii manifesti, c. quan-
quam 2. in fin. de usur. in 6. Excommunicati utramque testa-
menti factionem retinent. Vasq. illustr. Contr. c. 102. n. 5. quia
similes relegatis. *gl. in c. pastoralis. §. verum de Appell. nisi ob*
hæresin. Auth. credentes C. de h. ret. c. excommunicamus 13. §. cre-
B dentes,

dentis. extr. de heret. (k) Licet enim duo tempora in testamento spectantur, unum testamenti facti, alterum mortis; illud tamen strictius & semper, hoc non æquè, nisi status personæ mutatur: Inde fit, ut quis testatus decedat, quamvis tempore mortis non habuit facultatem. l. §. 9. D. de bon. poss. secund. tabb. si modo eam habuerit, dum condidit: e contra testamentum à servo, famoso factum, nunquam convalescit. l. 29. l. 210. D. de R. J.

VII.

Passiva est jus ex testamento capiendi.

Et hæc quidem omnibus competit, tam liberis, quam servis; eorum tamen sint servi, cum quibus testamenti factio. l. non minus 31. D. de hered. Inst. ut vel ipsi capere vel aliis acquirere possint. Duar. h. t. c. 2. nec impedit si activam non habeant. l. filisfam. 16. D. qui test. fac. poss. si tamen sint Cives Rom. non peregrini. l. sed si 6. §. 2. D. de hered. Inst. l. 1. C. eod. aut à lege Improbi & intestabiles. l. cum lege 26. D. qui test. fac. poss. ut sunt hæretici l. hi qui sanctam. 3. C. de Apost. novell. 144. cap. 1. qui ob crimen damnati l. is cui 18. D. qui test. fac. l. lex Cornelia 5. §. 9. D. de injuriis. transfugæ, & qui hostes à Senatu judicati. l. amissores. §. 1. D. de cap. minut. perduellionis rei. l. liberos 11. §. 3. E. qui not. infam. l. ult. D. & C. ad L. Jul. majest. deportati, servi poenæ, & moribus nostris ad remos damnati, qui Græcis *δολιδες*. l. rei capitalis. 2. §. 1. l. sunt quidam 17. D. de poen. his annuera bannitos, hodie ab Imperatore, vel Camera Imperiali. Sichard. ad l. 1. C. h. t. n. 10. & seqq. Gail. 2. de pac. publ. c. 1. & 12. Quod verò diximus servis etiam competere, cum mica salis intelligimus, alienos scilicet non proprios; nec qua tales; ita enim ab omni testamenti factione arcentur, sed ex persona Domini, ut servus quidem nomine heres; (fictitium appellat Hillig. d. loc. c. 7. lit. H.) revera ipse Dominus. §. servus 3. Inst. de hered. Inst. l. non minus 31. l. alienum. 49. §. 1. D. eod. l. Antistius 62. §. 1. de acquir. vel amitt. hered. Vult. Jurispr. R. 1. cap. 73. Proprii enim si heredes instituuntur, fiunt liberi, licet nullâ adjectâ libertatis mentione. pr. Inst. de hered. Inst. &

ita hereditatis capaces, (modò non sit specialiter detracta. *l. pen. §. 1. C. de necess. serv. hered. Inst.*) quod non per innovationem Justinian. *d. pr.* licet nova humanitatis ratione primo instituit. *§. 2. Inst. q. & ex quibus causis manum:* Quid si purè institueretur libertate datà sub conditione? ita differtur institutio ad tempus libertatis. *l. 3. §. 1. D. de hered. Inst. & deficiente conditione, extinguitur institutio l. qui filio 38. §. pen. D. eod. excipe servum adulterio commaculatum. pr. Inst. eod. l. his verbis 48. §. 1. D. eod. plures in fraudem creditorum. pr. Inst. q. & quibus causis. l. si is 55. l. si non 83. D. de hered. Inst.*

VIII.

Tantum de principalibus, minus principales sunt testes (a) idonei (b) qui non prohibentur natura, (c) & lege. (d)

(a) Ad testamenti confectionem à testatore adhibiti, ob rei gestæ fidem. *Vult. d. loc. (b) de jure l. 1. l. ex eo, 18. D. de testic. (c) ob defectum vel animi quod omninò non intelligant, ut furiosus d. §. testes 6. Inst. de testament. l. q. testamento 20. §. ne furiosus D. qui test. fac. poss. cui comparatur prodigus d. §. 6. l. is cui 18. D. eod. aut non id quod agitur, ut impubes d. §. 6. l. hac consultissima 21. C. de test. vel corporis, ut mutus. l. 1. §. penult. & ult. D. de V. O. surdus. d. §. 6. multò magis, mutus & surdus simul, cui additur cæcus. (d) omnes improbi & intestabiles d. §. 6. l. is cui 18. ob solennitatem Mulier. d. §. 6. l. qui testamento. 20. §. 6. ob suspicionem adfectus ipse heres institutus. §. sed neq. heres 30. Inst. de test. d. l. qui testamento. 20. §. 1. Pater heredis in cujus heres potestate est, ut & fratres qui in ejusdem patris sunt potestate. d. §. 10 quia pro una eademque persona habentur. l. ult. D. de impub. subst. quæ ratio dum in emancipatis cessat, recte testamento paterno, ut testes adhibentur, utpote propriam jam habentes familiam. l. 195 §. 2. de V. §. conditio autem spectanda testium eo tempore, quando fit testamentum, l. ad testium. 22. §. 1. D. q. test. fac. poss. itaque si is, qui servus erat, omnium opinione pro libero habebatur,*

tar, nihil infirmitatis parit testamento. §. sed cum aliquis. 7.
Inst. de test. l. 1. C. eod.

IX.

*Hactenus de personis; sequitur jam ipsa
testamenti forma, qua consistit in heredis in-
stitutione, hujusq; confirmatione: Illa aut
in primo gradu, & vocatur institutio in
specie dicta, aut ulteriori, & dicitur sub-
stitutio.*

Heredis institutio, quæ nihil aliud quam successoris ab ipso
testatore facta designatio. *Vult. Jurispr. R. l. 1. c. 73. Dn. Arumæus
Exerc. 8. th. 1. certa tamen demonstratione, l. quotiens 9. §. 9. D.
de hered. Inst. vel nomine, vel quovis alio signo indubitabili.
d. l. 9. §. 4. Hinc institutio ad interrogationem tertii non valet.
Vigl. ad §. 3. Inst. de testam. n. 9. Fachin. 10. contr. 17. Dn. Arumæ.
Exerc. 8. th. 3. Utpote caput ac fundamentum testamenti, §.
ante heredis 24. Inst. de legat. l. 1. in fin. de vulg. & pupill. l. fin. de
jure codicill. l. 1. D. de hered. Inst. adeo ut nec Militi negligenda.
§. 1. Inst. de test. Milit. cui opponitur exhereditatio debita: here-
ditatis ademptio: utraq; ex libera testatoris voluntate l. 1. C. d.
§. 5. Eccl. Actio n. ultra intentionem agentis nihil operatur. Itaq;
si quis optaverit alium alium in corpore errans instituit, neu-
ter heres: Ille verbis, hic voluntate impeditur. d. l. quotiens 9.
D. de hered. Inst. Nec obstat quod falsa demonstratio nihil im-
pedimento sit apertæ voluntati testatoris. l. falsa. 23. D. de con-
dict. & demonstr. si scilicet sine errore, cum nihil voluntati
tam contrarium quam error. si per errorem 15. D. de Jurisd. l.
consensisse. 2. D. de Indiciis.*

X.

*Institutio in specie sic dicta, versatur cir-
ca personas & modum.*

Personæ duplicis sunt conditionis: aut enim necessario in-
stituendæ

40
stituentæ exheredandæ; aut non item. Prioris conditionis sunt
liberi testatoris, & qui nascuntur postumi; omnes hodie, (cor-
recta nimirum juris veteris subtilitate. *pr. Inst. de exher. lib. 5.*
emancipatos 3. eod. tam foeminae quam mares, tam emancipati,
quàm in potestate testatoris existentes, adeò ut & Mater, &
Parentes materni, si testamentum ratum voluerint necesse ha-
beant, hoc ut observent. *S. sed hæc quidem 5. Inst. de exher. lib.*
l. maximum viium 4. C. de lib. præ. novell. l. 15. c. 2. in pr. nec id-
eo valiturum quis existimet, si legatorum nomine, donatio-
nisve aut alio quocunque modo, suam liberi accipiant por-
tionem debitam, nisi honorabili institutionis titulo. *d. novell.*
c. 3. ad quam tacita vocantur naturæ lege, & communi paren-
tum voto, l. scripto herede 7. S. 1. D. si tabb. testam. null. l. ult. D.
de bon. damn. partim quod heres juris sit successor, & defuncti
repræsentet, legatarius corporis & habeatur pro extraneo:
partim etiam, ne habeantur tantum pro naturalibus, quibus
dona post mortem, non hereditatem relinquere solitos fuisse
antiquos, testatur post exempl. *Abrahami Genes. 25. v. 6. Hotom.*
de veteri ritu nuptiar. c. 19. 24. & seq. Brisson. eod. fol. 211. cum
seqq. Vocatur hæc hereditatis portio legitima l. omni modo 30.
l. quæ nuper 31. & seq. C. de inoff. test. quia legibus constitua li-
beris, ne minus illis parentes relinquunt. *l. parentibus 8. C. eo-*
olm erat quarta pars debitæ portionis ab intestato *d. l. 8. Ho-*
diè *d. novell. 18. c. 1. si quatuor aut pauciores liberi, triens, si plu-*
res, semis; excipe militem, cujus si sciens sit, se filium habere,
nuda præteritio pro exheredatione *S. sed si in expeditione 6. Inst. de exhered.*
de test. milit. l. sicut 9. C. eod. Ita etiam, converso mortalitatis
ordine, licet ob votum & charitatem paternam parentibus
non debetur filiorum hereditas, *l. nam etsi 15. D. de inoff. testam.*
ratione tamen commiserationis. *d. l. scripto herede 7. S. 3. & so-*
latii, l. jure succursum. 15. D. de jur. dot. si testari velint, & descen-
dentes non habeant, parentes heredes instituere, aut legitime
exheredare tenentur. *d. novell. 115. c. 4. arg. l. 5. D. de inoff. Const.*
Saxon part. 3. c. 9. causæ ob quas liberi exheredari possunt 14.
ob quas parentes 8. ab Imper. *d. novell. c. 3. & 4. designantur,*
sed ab utrisque non, nisi nominatim *pr. Inst. de exher. aut*

B. 3

certa

certa demonstratione, quæ vice nominis fungatur. l. 1. 2. 3. D. de lib. & post. l. maximum 4. C. de lib. præter. purè non sub conditione l. etsi 3. §. 1. D. de lib. & post. nisi contraria conditione institutus l. jam dubitari 86. D. de hered. Inst. non ex re certa, sed tota hereditate. l. cum quidam 19. D. de lib. & post. Hodie postumus exheredari nequit, utpote in quem nulla ingratitude suspicio cadit. An verò hic extensio fieri possit ad alias similes causas, aut graviores etiam dubiæ quæstionis est? Et licet affirm. uti communior, ita in foro frequentior testantur post Jason. in l. non dicat C. de lib præter. Schneidw. ad pr. Inst. h. t. nu. 14. 15. Gometz. 1. resol. 11 n. 13. Menoch. de arbitr. jud. quæst. 167 n. 6. Facin. 6. contr. 783 Suscepto tamen veritatis theoricæ patrocinio, præsertim cum contra expressa verba & mentem sit Imperat. d. novell. tum etiam quod exheredationes, non sunt adjuvandæ. l. cum quidam. 19. D. de lib. & post. sed benigna interpretatione restringendæ potius. l. nominatim. 2. D. eod. negativam exercitii gratia, pro virili cum Hillig. d. lib. 6 c. 12. lit. L. Bronch. cent. 3. Assert. 26. tuebimur. cæterum extinguitur exheredatio, si post ingratitude intervenerit reconciliatio, aut injuria à Patre remittatur. Simon. de Præter. lib. 3. de Interp. ult. volunt. Interpr. 1. dubit. 6. solut. 4. n. 24. & seqq. Posterioris conditionis sunt omnes extranei, (extraneos voco, qui non sunt ex linea descendente, seu paterna, seu materna) nec sui sunt, nec suorum jure gaudent, quorum præteritio pro exheredatione, Instituuntur autem noti, ignoti, imò omninò incogniti. §. fin. Inst. de hered. Inst. non tamen incerti. §. incertus. 23. Inst. de leg. l. quotiens 9. §. 2. l. in tempus 62. §. 1. D. de hered. Inst. totum corpus, ut collegium, Respubl. l. omnibus 26. D. ad SCtum Trebell. Numerus heredum in arbitrio testatoris relinquitur, usque ad infinitum. §. unum 4. Inst. de hered. instit. l. interdum. 13. §. 1. D. eod. l. 1. §. si autem D. ad SC. Trebell. ubi tamen probè notanda venit, synecdoche generis; numerum ibi imponere infinitum, pro indefinito. Hillig. d. lib. 6. c. 20. lit. A. infinitum hic non est multitudo extremis carens, sed legibus non definita.

**Modus Institutionis, aut est conditio-
nalis, (a) aut simplex; ambo consistentes in
partium quantitate. (b)**

(a) Hæ conditiones aut in Institutione vitiantur, & pro non scriptis habentur; ut l. dies certus. §. heres & pure 9. Inst. de hered. l. hereditas 34. D. eod. aliud ex incerto, qui conditionem facit. l. dies 75. D. de condit. & demonstr. ad certum diem vel conditionem nemo potest. successio enim debet esse continua, nec ullo temporis spatio interrupta. l. heres, 54. D. de acquir vel amitt. hered. ut quo momento dominium à moriente recessit, ad heredem accedat. l. si ego 9. §. 1. D. de jur. dot. Hotom. ad §. 9. Inst. h. t. Et qui semel revera Dominus ab eo, sine ipsius facto ad alium, dominium transferri, non potest. d. l. 9. l. ii. de R. 7. Excipe Servum, cujus fructus alienatus. l. quotiens 9. §. fin. D. de hered. Inst. Cujac. 3. obs. 34. II. Condicio impossibilis, vel naturâ vel lege. §. Impossibilis 10. Inst. de hered. Inst. l. condiciones. 9. l. mulier. 70. D. de condit. Inst. l. ab omnibus 104. §. 1. de leg. 1. l. servum meum 50. §. 1. de hered. Inst. l. continuus 37. §. 6. D. de V. O. Nisi testator probabili ratione credidit, id posse fieri. Exemplum evidens in l. servo. 58. de cond. Inst. Possibilis rectè adjicitur. d. §. Heres & pure 9. Extraneo quævis. l. quæ sub conditione 8. §. penult. D. d. l. l. jure civili 24. D. de condit. & demonstr. Liberi non nisi, quæ in eorum potestate. l. suis quoq. 4. D. de hered. Inst. l. fin. D. de cond. Inst. l. Lucius Titius 83. D. de cond. & demonstr. l. libertus 4. D. de bon. libert. l. si pater 4. C. de Inst. & Subst. Cnjac. ad l. 3. & 4. D. de liber. & post. Adjiciuntur autem Institutioni una, vel plures conjuncti, ubi omnes; disjunctim, ubi unam implere, sufficit: §. si plures is Inst. de hered. Inst. l. si heredi 5. de Cond. Inst. l. cum pupillus 78 in fin. de Cond. & demonstr. aut conditiones ipsam Institutionem, in totum vitiant; ut conditio captatoria, quæ mutue institutionis causa, futuræ non præteritæ hereditatis, l. illæ autem 21. D. de hered. Inst. facta est. l. 1. D. si quis aliquam testari. l. captatorias 70. de hered. Inst. l. Clemens 81. D. eod. l. captatorias 11. C. de test.

est. milit. l. si maiores. 25. C. de trans. action. Cujac. 16. obs. 39. non
ea quæ tantum in alterius voluntatem collata. male itaque
faciunt, ii omnes, qui indivisum antiquitatis defendunt Chaos,
in alienum arbitrium collatas, à Captatoriis, non secernentes,
quos notat Ant. August. 4. emend. 15. Dauth. de test. n. 35. Cujac. 16.
obs. 11. Donell. 6 c. 19. & ibi Dn. Hillig. lit. F. cum tamen toto dif-
ferant cœlo: Prohibetur dispositio ab aliena voluntate pen-
dens, quia contra testamenti substantiam: captatoria ve-
rò quia & mera fraus, aut enim ille captator, supervixit al-
teri, & res certa est; aut pramoritur, & testamentum mutare,
& fallere potest. Dauth. d. loc. n. 27. turpis heredis demonstra-
tio. d. l. quotiens 9. §. 8. cum enim institutio sit dilectio, l. si
Patronus 4. D. de confirm. Tut. l. nemo 58. D. de hered. Instit. &
honos, l. 3. §. 2. l. filium 5. §. 6. de leg. præstand. l. fideicommissa. 11.
§. 20. de leg. 3. l. divus 15. D. ad l. Corn. de Fals. tollitur scribentis
odio l. turpia 54. de leg. 1. & contumelia. d. l. quoties 9. §. 8. ali-
ter tamen, si nomen præponitur, l. his verbis 48. §. 1. de hered.
Inst. ad exheredationem verò nihil nocet, quia hæc non ut in-
stitutio honos, sed nota.

(b) *Quantitas est in divisione hereditatis, vel potius bono-*
rum hereditatis, metonymica aliàs esset locutio: & fit aut ipsa
lege in partes 12, & hæc semper certa: totum dicitur As, quæ-
libet pars uncia, §. hereditas 5. Inst. de her. inst. vocatur & di-
visio solennis. l. interdum 13. §. 1. D. eod. aut arbitrio testatoris;
& hæc, ut arbitrium, incerta d. §. hereditas 5. l. servum meum.
50. §. fin. D. eod. d. l. interdum 13. §. 1. indefinite, nulla facta par-
tium mentione, tunc legis divisioni locus. §. 6. Inst. eod. d. l. quo-
tiens 9. §. 12. D. eod. nisi quidam conjuncti, quidam disjuncti,
ut primus heres esto; secundus & tertius heredes sunt. Hic &
primus in semissem, & duo, tanquam unum corpus, in idem
succedunt. d. l. interdum 13. l. Julianus 15. l. liber homo 59. §. 2.
D. eod. quod generaliter in testamentis relictis obtinet. l. planè
34. de leg. 1. l. unic. §. 10. C. de eod. toll. excipe, ubi adjicitur vo-
cula, æquè; d. l. interdum 13. vel ex æquis partibus. l. si ita quis
66. eod. aut definite, ita ut As justus sit, si injustus, & As si ali-
quid deest, pro rata accrescit: §. videamus 7. Inst. eod. d. l. inter-
dum 13.

*dum. 13. §. 1. si redundet, decrescit. §. et si plures 8. Inst. eod. d. l. in-
terdum 13. secus tamen si prioribus ex asse scriptis, posterior
nominatim ex dimidia ejusdem hereditatis parte instituat, ubi
dimidia eis adempta videtur. l. cum questio 23. C. de leg.*

XII.

*Institutio ulteriori gradu, seu substitutio,
est vel Directa (a) vel Obliqua. (b)*

Materia hæc tam difficillima, quam utilissima, quomodo etiam
communi Dd. commendatur calculo, in qua subtilitates sine
numero. *Jas ad Rubr. D. h. t. Eman. Svarez. in Annot. ad Gomez.
1. var. resol. 3. lit. a. utpote ex qua Baldus J. Ctus, ultra 15000. au-
reorum consulendo, lucratus fuerit. teste Jafone d. loc. quem
refert Schneidw. in pr. Inst. h. t. peculiari indiget tractatione.*
Itaque etiam per transennam tantum, & ut ad materiam testa-
mentariam pertinet, rudi quasi penicillo delineabimus. Cate-
rum causæ substitutionis introducendæ tres præcipuè à Dd.
enumerantur: 1. ne succedatur ab intestato: 2. tollatur cadu-
cum: 3. Jus accrescendi. *Hotom. ad §. 1. Inst. h. t. Mercer. 2. opin. 23.
(a) §. pen. Inst. de sing. reb. per fideicom. quando aut heres, suus,
seu extraneus; pubes seu impubes, non adit hereditatem, &
dicitur vulgaris. t. r. Inst. de pupill. subst. t. t. D. & C. de vulg. & pu-
pill. subst. quæ aut vera, aut quasi cum mente captis, substitui-
mus, hæc expirante furore, expirat. §. 1. Inst. de pupill. subst. l.
humanitatis. 9. C. de impub. & aliis subst. l. fin. C. de curat. furios.
(b) l. coheredi 41 §. 3. l. paterfam. 46. D. de vulg. & pupill. l. here-
des 57. §. ult. D. ad SC. Trebell. seu fideicommissaria, verbis præ-
cariis facta, cum heredis fideicommittitur, ut hereditatem ac-
quisitam, restituat alteri; hinc hereditas fideicommissaria. t. t.
Inst. & D. de fideicommiss. hered.*

XIII.

*Confirmatur testamentum, aut fide pu-
blica (a) aut privata: aliter tamen si scripto;
(b) aliter si nuncupatione perficitur (c)*

(a) precibus scil. Principi oblati. l. omnium 19. C. de test. &

C

hæc

*aut liberi moriuntur & t.
pupillaris.*

hæc fides, omnem solemnitatem testamentorum superat: ane
insinuata voluntario apud acta cujusvis judicis, d. l. omnium, l.
ult. C. de Rejud. nec hic alii testes requiruntur, l. in donationibus
31. C. de donat. quod & usitatum Jure Saxon. Constit. 3. p. 3. ipse
autem testator deponere debet, non per alium. Moll. in d. Const.
3. n. 13. & seqq. & semestr. 5. Fach. 6. contr. 86. (b) in quavis
materia, modo legi possit. §. nihil interest. 12. Inst. de test. l. que-
niam. 15. C. eod. nec refert, an coram testibus scribatur, an ante
eorum conventum. l. hac consultiss. in pr. l. jubemus 29. junct.
Auth. C. eod. nov. 119. c. 9. ubi tamen hæ regulæ observandæ ad-
hibeantur testes speciatim ad hunc actum rogati, aut de eo edo-
cti: ut scientes, de negotio magni momenti tractari, diligen-
tius attendant. l. heredes 21. §. 2. D. qui test. fac. quod in tantum
necessarium, ut si inviti adhibeantur, testamentum non valeat.
l. qui testamento 20. §. fin. D. eod. hinc solent Notarii adicere
formulam, In beyseyn der Zeugen/ dte darzu sonderlich erfordert/ vnd
gebeten. Schneidw. de test. nuncup. n. 8. quod & confirmatur Reichs
Abschied ab An. 1512 Forn. 2 select. 10. Menoch 4. presum. 8. 2. Ido-
nei etiam; qui sint, supra de personis minus principalibus os-
tendimus. 3. Numero septem. §. 3. Inst. de test. d. l. hac consulta-
tiss. 21. d. Const. Imperit. vers. vnd sollen. sed cur præcise septem?
An quia hic numerus sacre videbatur nostris JCtis, & singularis
efficacia, qui, ut in schola Stoicorum educati & edocti suave
hoc superstitionis delirium lacte prope materno imbibere? An
(quod verius!) quia hic numerus ex edicto Prætoris consti-
tutus, ut antiquam representaret testandi formulam. §. 2. Inst.
de test. Cum enim Prætor fictitiæ nuncupationis ambages tol-
lere, & inutiles familiæ venditionis ritus abolere vellet, nume-
rum 5. testium; quos jus civile ideo requirebat classicos, quia
Populus Rom. coram quo olim Calatis Comitibus testabantur,
in quinque Classes, divisus erat; accessione duorum auxit, qui
in locum familiæ emptoris, & ponderatoris, ad imaginem quan-
dam & retentionem vetustatis suffecti. Hill. d. lib. 6. c. 7. lit. F. Ba-
shov. ad Treutler. vol. 2. d. 10. th. 5. lit. a.

II. Testator voluntatem suam testibus presentibus palam
declaret, pro suo agnoscat, in extrema parte subscribat, si ipse
nquit, octavus hoc aliquis faciat, d. l. hac consultissima, 21.

III. Testes

III. Testes quoque subscribant. *l. pen. C. de test. obligent*
annulo, omnes licet uno, alieno etiam. §. possunt 5. Inst. eod. imo
testatoris d. l. ad testium 22. §. 2. An autem alio quovis signo, cha-
cterem habeat? & haud opinor propter expressum tex-
tum in d. l. ad testium 22. §. 5. Cujac. 14. obs. 11. quod tamen mu-
ratum est per d. Const. Imp. ab Anno 1512. Coloniae publicatam vers.
Dun die Form/ubi tantum requiritur. Das ein Testament mit gewö-
lichen Siegeln und Signeten bezeichnet werde & hoc uno eodemq;
tempore, uno actu, nullo alieno interveniente, d. l. hac consul-
tiss. 21. ita ut maneat, & testator & testes omnes, donec pera-
gatur testatio. l. qui testamento eo. §. 8. D. qui test. fac. poss. d. Const.
Imper. vers. Ohne das einige ander auswendige Handlung &c. nisi ca-
su morbi aut contagionis. l. casus 8. C. de test. contractus itaque
in testamento celebrari nequit. l. heredes 21. §. ult. D. qui test. fac.
poss. l. 20. de V. S. Vigl. in §. 3. Inst. h. t. n. 5. Charond. 2. verissim. 10.
P. Greg. 41. Synt. 9. n. 3. Dn. Arum Exer. 7. th. 18. (c) Distat
quidem, quod nuncupatione fit, ab eo quod fit scripturâ. §. ult.
Inst. de testam. d. l. hac consult. 21. §. 2. non tamen omne, quod
scribitur, scriptum testamentum estimandum, quia & hoc in
eam redigi potest, sed ex mente, & voluntate testatoris. Vult.
§. ult. Inst. h. t. n. 5. Muret. ad l. 2. §. 5. de orig. Juris. Vigl. ad §. sed
cum 3. n. 3. & §. ult. n. 3. Inst. h. t. & ita scriptura non ad substan-
tiam, sed ad probationem actus facit. nuncupare significat ex-
pressis verbis palam, ut exaudiri possit, heredis nomen expri-
mere, Cic. 3. off. d. l. heredes. 21. in pr. l. si is 15. D. qui test. fac. poss. co-
ram testibus. §. ult. Inst. de testam. l. 209. de V. S. d. l. hac consul-
tiss. 21. §. 2. C. de test.

XIV.

Hac solennitas in quibusdam, (a) aut
augetur, (b) aut relaxatur (c) in militari
(d) paucis exceptis, (e) omnino cessat. (f)

(a) In cæteris, si vel minimum desit, nihil agitur. *d. l. ad te-*
stium 22. §. 4. d. l. hac consult. 21.

(b) Ut in testamento cæci, ubi aut tabularius, aut illo defi-

C 2 ciente,

— ciente, octavus aliq̄ testis requiritur. *l. hac consultima. §. C. qui test. fac. poss.*

(c) Ut in testamentis rusticorum, in quibus 5. testes sufficiunt, si septem nō reperiantur: quid si literati disicerent, & ob eorum penuriam subscriptiones omitterentur? nec hoc Testamentum reddit invalidum: imō Jure Saxonico, dispositio rustici, coram duobus testibus, & Præsbytero facta subsistit. *Col. 2. decis. 35. n. 4.* II. Parentum inter liberos, ubi etiam ex imperfecto succeditur *d. l. hac consultiss. 21. §. 2.* quacunque scriptura, quibuscunque verbis. *l. ult. C. fam. ercisc. licet, & signa, & ipsi quoque testes desint. arg. ex contr. novell. 102. c. 1. & inde sumpt. auth. d. l. Dn. Arum. d. Exerc. 7. tb. 12.* quæ tamen exigit, ut si testator calleat literas, ipse scribat, cum liberorum nomina, tum uncias & quidem claris literis: extraneus verò, si admixtus, ut heres, pro non ad scripto censeatur, ejusque pars cæteris accrescit liberis *d. l. hac multissima 22. §. 1* III. Remittitur in hoc incompletè facto, ad infirmandum completum. (si tamen instituti fuerint, qui alias successuri essent ab intestato) numerus testium ad quinquenarium, *d. l. hac consultiss. §. 3. & dicitur ultima voluntas quasi intestati d. §. 3. l. ult. §. 1 C. de codill.* IV. Ad pias causas, ubi duo tantum adhibiti testes idonei sufficiunt. *c. relatum 11. extr. de test.*

(d) Vero, armatis scilicet militibus, non togatis *Dn. Arum. d. Exerc. 7. tb. 9.* nec qui arma tantum cepere, aut munere aliquo in militia funguntur, licet in matriculis militibus inscripti, si milites non sint. *l. scriuarios. 16. C. de test. mil.* Excipe casum expressum. *in l. un. D. d. bon. poss. ex test. mil. nisi & in numerum relati l. ex eo 42. D. eod. & in eo manent. l. jure militari 4. D. eod. non missi. l. quod art. 2. §. 2 D. qui dotat. Infam. nec præfecti successorem accipiunt. l. quod constitutum 21. D. d. testam. milit.* Imo ex nova Justin: constitutione, *pr. test. eod.* non nisi qui in expeditione, *l. per. C. eod.* id est qui actu milites, licet non in conflictu, quare & stationarii, & limitanei milites. *Cuiac. 49. Conan. 9. com. 5.* Quia pænis militaribus coercentur. *l. de fertorem. 3. §. 5. de re militari.* eodem etiam gaudeant privilegio. *arg. l. 10. de R. D.* Non quasi militari, seu exemplariter

riter introducto: tempore pestis, quod conficitur quia hoc
tempus, belli tempore, communi Dd, sententia compatatur,
ut notat Bart. in l. naturaliter num. 25. de usucap quem refert Geil. 2.
Obs. 108. n. 8. Ubi distinguere solent, an ab eo factum sit, qui lue
corruptus, aut salvo adhuc, in periculo tamē vivente. Et quia
hoc casu certo jure destituimur (non n. puto. l. casus 8. C. de
rest. de hac lue specialiter intelligendam esse) à simili judican-
dum In Camera Imperiali duos sufficere testes, si nimiū gras-
setur, receptum esse, testatur Geil. d. loco Myns. 1. Obs. 96. Bosses.
lib. 1. de jur. bell. c. 28. in fin. D. August. Sax. Elect. Const. 4. p. 3.
duos vel tres requirit si ipse testator lue corruptus, aut ejus
domus infecta. plura de his vide Moll. & Virg. Pingitz. ill. quest.
Sax. 20.. (d) 1. Heredis institutio. §. 1. Inst. h. de ii. reprobantur
institutiones captatorix; l. captatorix et C. h. simplicitati
enim militum prospicitur non calliditati; quæ auxilium,
nunquam meretur. l. & primis 2. §. 3. iii. relictu mulieri, turpi
suspensione notanda. l. miles 41. §. 1. D. eod. hoc enim ad fiscum
devolvitur. l. mulier. 41. D. de his, quæ ut indig. Aufer. IV. turpis
conditio pro non adjecta habetur. l. si à milite. 29. §. 3. D. eod.
V. Alienum jus mittere non potest. l. cum filius fam. 28. D. eod.
Itaque nec filio exheredato, licet ampla legata reliquerit, sub-
stituere. d. l. miles 41. §. 3. nec in fraudem creditorum manu-
mittere. l. in fraudem 15. l. si à milite 29. §. 1. nec fundum dota-
lem legare. l. dotalem. 16. D. eod. (e) sic testari possunt alias
intestabiles, surdus, factus, non natus (quia nec militare po-
tuisse!) §. qui imo. 2. Inst. h. de l. jure militari. 4. D. eod. Hill. lib. 6.
c. 28. h. de. lit. B. De statu suo dubitantes. l. ex militari. 11. §. 1. D.
eod. non tamen pupillus. l. ult. C. eod. Instituire de portatum,
& fere omnes (excepto seruo poenæ) cum quibus nulla testa-
menti factio. l. idem. est 13. §. 2. D. eod. ex re certa. l. cogi poterit,
16. §. ad SC. Trebell. potest enim pro parte testatus decedere,
pro parte intestatus. l. si miles. 6. D. h. de. l. 1. §. 2. C. eod. neglecto
jure accrescendi. l. si duobus 37. D. eod. ex die, ad diem & con-
ditionem. l. in fraudem. 15. §. 4. l. miles ita 41. in pr. D. eod. l. certi
juri 8. C. eod. Quid vero, an & milites nostri adhuc ho-
diè, cum præsertim antiqui ritus militiæ aggregandi & in nu-

meros referendi desierint, eodem gaudeant privilegio?
Omnino! Nam & hodie Resp. illis carere non potest, & qui
eam defendunt (non qui turbant, heu dolor & in propria
saxiunt viscera!) sanguine & morte, debita etiam fruuntur
remuneratione; l. test. 26. §. 1. D. b. t. Non enim ritus causam
dedere huic privilegio, sed utilitas & necessitas Reipubl. Hill.
d. loco. lit. n. Dauth. de test. n. 85. Arumae d. Exerc. 7. th. 8.

XV.

Testamentum, sicut ut sortiatur effe- ctum desiderat & publicationem.

l. 1. D. test. quem aper. competenti scilicet coram iudice
l. 1. C. eod. & semel publicati materia licet non magis extante,
fides manet. l. publicati. 2. C. de test. & fit interdum testatore vi-
vo plerumque post mortem. Cuj. in parat. C. eod. Vult. juriste.
R. l. 1. c. 73. secundum leges & mores civitatis, in qua apertu-
ra fit. l. testamentum 2. C. quemad. test. aper. Omnibus autem con-
cessum, sive suo, sive alieno petant nomine l. 1. D. eod. juratis ta-
men de calunnia. l. eius 2. C. eod. excepta ea parte, quam te-
stator vetuit, d. l. 3. ut substitutio pupillaris. l. pupillares. 8. D.
eod. aut si ad alterius pertinet ignominiam, item descriptio
diei & consulis. d. l. 2. Omnes autem quorum interest, qui ab
intestato successissent defuncto, tanquam in actu præjudiciali
citantur. necesse est. l. de uno quoq. 47. D. de re iudicata. l. nam &
ita 39. D. de adept. Testes quoque conveniant, sigilla sua reco-
gnoscant, & si quis ab fuerit ad illum mittatur. l. cum ab initio,
& §. seqq. D. hoc. tit. Schneidw. Inst. ad t. de test. in fin.

XVI.

Sequitur nunc testamenti infirmitas, qua fit, aut testatore volente, (a) aut eo in- vito. (b)

(a) Nunquam tamen nudâ voluntate, quia nec ea consti-
tuitur. arg. l. 35. D. de R. 7. ambulatorio quidem est, sed revo-
cetur legitime; quod fit, aut tabulis, ipsius testatoris facto, (se-
cundum casu) mutatis. l. 1. §. 1. & seqq. D. de his qua in test. delent. l.
pen.

pen. C. de testam. vel conscriptione. d. l. r. §. 3. d. l. pen. vel resigna-
tione, d. l. pen. vel deletionem patris, ut patris, seu ut totius. d.
l. r. §. 3. C. l. seq. Indubio autem cancellatum, ab eo præsū-
mitur, cujus fidei commissum testamentum. l. si dotem. 4. C.
ubi gl. C. de Fals. causa adiect. legat. aut tabulis integris: l. Si aliud
condat testamentum, perfectum, non imperfectum. §. 2. C. 3.
Inst. quib. mod. test. Infirm. l. i. 2. D. de injust. rupt. nisi & prius
imperfectum. l. eius 34. §. 1. D. test. mil. auth. hoc inter. C. de test.
aut posterius jure singulari valeat. §. pen. Inst. quib. mod. test. In-
firm. l. si jur. 18. D. de leg. 3. d. l. hac consubstantia. 21. §. 2. C. de test. Po-
test autem & scriptum testamentum nuncupativo, & nuncu-
pativum scripto revocari. Gæd. ad l. 64. de V. S. An, si prioris ob-
litus, alio etiam postea facto? omnino putamus. licet enim
seivisset, nihil ei impedimento est: quia nec ille ipse sibi legem
dicere potest ne à priori sententia recedat. l. si quis, 23. de leg. 3.
Et præsūmitur quod si prioris recordatus fuisset illud revo-
casset. Hællig. d. lib. 6. c. 16. lit. E. II. Si coram testibus non minus
tribus, contrariam, suam aperit voluntatem aut inter acta,
manifestat, & in utroque decennium fuerit emensum. l. facti-
simus 27. C. de test. hæc enim duo conjunctim requiruntur. Dua-
ren. ad tit. D. de test. c. ult. fol. 333. (b) Vitio nimirum testamenti
interno, & externo: Interno aut immerita præteritione, &
injusta exheredatione: Ubi vel rumpitur testamentum agna-
tione postumi, filii, vel nepotis. l. 3, 4, 5. D. de injust. rupt. §. 1. Inst.
quemad. test. infir. seu quasi agnatione, successione nimirum ne-
potis, in locum Patris ex lege velleia. §. 2. Inst. de ex her. lib. l. po-
stumorum. 13. D. de injust. rupt. aut rescinditur ab emancipatis,
per bonorum possess: à contra Tab. cæteris suis querela in-
officiosa. Et hoc casu res redit, ad causam intestati. l. non patet
vir. 8. §. 14. D. de bon. poss. contr. Tab. l. Papinianus. 8. §. ult. D. de in off.
test. Externo, quando casu testatori heres adimitur, ubi dici-
tur testamentum irritum fieri, & est aut l. facti ipsius testa-
toris cum capite minuitur, maxima, seu vera. §. alio. 4. Inst.
quibus mod. test. infir. l. si quis 6. §. 5. & 6. ratio est in ademptione
bonorum, quæ licet hodie sublata. Nov. 134. c. ult. cum tamen
lex & descendens & ascendens, ad tertium usq; gra-
dum

248
lum, illa concedit; Hisque deficientibus fisco addicibindicie
testamenti factioem, & prius factum damnatione fit irritum,
ita Cuj. in l. 8. D. qui test. fac. post Geil. 1. de pac. publ. 19. n. 8. Daurb. de
test. n. 209. Dn. Arum. Exerc. 7. th. 7. Dissent. Wesenb. in parat. de test.
l. 13. P. Greg. 42. Spat. 8. n. 11, quorum opinio in Elect. Sax. obti-
net. Moll. in part. 3. Const. Elect. Sax. 6. n. 4. & Beust. in l. iurejurandi.
n. 494. excipe captos ab hostibus, ubi quidem ipsa veritate
fit irritum. d. l. si quis. 6. §. 5. sed fictione juris aut valet ex l.
Cornelia, aut valet jure postumini. d. l. 6. §. 12. sequentia: si
mortē sibi consciverit, ob conscientiam criminis. d. l. sed quis. 6.
§. 5. non quia tadio vitæ (impium hoc Christianis & abomi-
nabile!) aut adversa valetudinis impatientia, (aut quod pe-
jus) jactantia. Media. d. l. 6. §. 6. & seq. minima etiam §. 6. in fin.
Inst. d. t. pr. Inst. de hered. qua ab Inst. & hoc desertus ac destitutus
tum dicitur. in l. 1. de iniust. rupt. Ant. Fab. 14. conject. 20. Institutio
n. facit testamentū aditio confirmat, sed cum hic infirmandi
modus nostræ non sit considerationis, altiori remittimus in-
dagini. Superest testamenti militaris infirmitas, quod ut sin-
gulari jure constituitur, ita etiam dissolvitur; nullo nimirum
alio modo, quam contraria ipsius voluntate. l. 7. 8. 9. 22. 23. 36.
§. 2. D. de test. mil. nisi aut annus post honestam dimissionem
præter lapsus. §. sed hæc enim Inst. eod. d. l. militis. 36. D. eod. l. ex te-
stamentis. 5. C. eod. Hic annus vocatur! ab Ulpiano militia. l. in
fraudem. 15. §. 5. D. eod. aut ignominiose militia missus. l. testa-
mentis. 26. D. eod. Et hic ob ingenii tenuitatem pedem
figimus, huic laudem tribuendo, cui

SOLI LAUS & GLORIA.



ULB Halle


3


005 132 649



V077







B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

40

1626, 2

2

DISSERTATIO LEGALIS
PUBLICA!
DE *h*
TESTAMENTIS,

Quam
PRÆSTITE ET ANTISTITE
TRIUNO
Permissu Amplissimæ Facultatis Juridicæ in
celeberrima ad Salam Academia,
ADSTITE
*Magnifico, Nobilissimo, Amplissimo & Con-
sultissimo VIRO*
Dn. DOMINICO ARUMÆO
Hereditario in Lobedary & Geschwitz / JCto cele-
berrimo, Hujus Salamæ Codicis Professore Ordinario, Facul-
tatis Juridicæ Seniore meritissimo, Curia Provincialis,
ac Scabinatus Adessore dignissimo, Praeceptore, &
Promotore suo devorâ mentis observan-
tiâ æternum colendo.

*In Auditorio JCtorum
examinandam masculè
proponit amice*

ADAMUS THIMEUS GOLRA-SIL.

A. C. ∞ I) C XXVI.

Ad diem Januarii.

J E N Æ
TYPIS BARBARÆ Weidneris.

16.